

JACOBI DE VITERBIO O.E.S.A.

QUAESTIONES DE DIVINIS PRAEDICAMENTIS:

QUAESTIO XX

La vingtième de ces questions sur les prédicaments en Dieu, que Jacques de Viterbe a disputées avec ses étudiants au "Studium" de Paris, demande: *Utrum quando dicatur de Deo proprie et realiter*¹.

De tous les arguments avancés au cours des discussions, le Maître n'en a retenu que seize, qui affirment qu'on devait y répondre dans un sens positif. Ces arguments et les réfutations qui y correspondent, figurent dans tous les cinq manuscrits. Cependant le scribe du manuscrit de Rome (R) (Bibliotheca Angelica ms. 213) a substitué les réponses aux arguments 7 et 10, tandis que celui de T a sauté la réfutation du douzième argument.

De nouveau on trouve des notices insérées dans le texte de B et de N, qui ne figurent pas en T, P ou R.

Parmi les autorités auxquelles Jacques de Viterbe se réfère habituellement, se trouve un nouveau nom, celui d'Alain de Lille.

La question couvre en B (Bordeaux, Bibl. de la Ville ms. 167) les feuillets 62^a-64^{vo}a, en N (Naples, Bibl. Nazionale ms. VII C 4) les feuillets 53^{vo}b-56^a, en T (Toulouse, Bibl. de la Ville ms. 56) les feuillets 160^{vo}a-162^{vo}a, en P (Padoue, Bibl. de l'Université ms. 2006) les ff. 32^{vo}a-33^{vo}b, et en R (Rome, Bibl. Angelica ms. 213) les ff. 81^{vo}a-85^a.

Comme pour les questions précédentes nous nous sommes servis principalement de B, N et T pour rétablir le texte.

Nous nous référons en général à la *Patrologia Latina et Graeca* de Migne pour Alain de Lille, Anselme, Augustin, Boèce, Denis et Jean Damascène, en ajoutant éventuellement des renvois au *Corpus Christianorum Latinorum* ou à une autre édition critique².

¹ Voir: Jacobi de Viterbio o.e.s.a. Quaestiones de Divinis Praedicamentis. Quaestio XVIII. *Augustiniana* 38 (1988), 67-98; Quaestio XIX. *Augustiniana* 39 (1989), 154-185.

² ALANUS AB INSULA, *Tractatus de Maximis Theologiae (Regulae Theologiae)* — PL 210. ANSELMUS, *Monologion* — PL 158; S. Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi *Liber Monologion* ... recensuit Franc. Xav. SCHMITT O.S.B., *Florilegium Patristicum fasc. XX*, Romae 1929. AUGUSTINUS, *De Trinitate* — PL 42/CCL 50; *De Genesi ad litt.* — PL 34. BOETIUS, *De Trinitate* — PL 64; *De Consolatione Philosophiae* — PL 63/CCL 94. DIO-

Quant à Aristote et Averroès, nous faisons des renvois à l'édition de leurs œuvres, parue à Venise en 1562-1574. Nous le faisons également pour le *Liber Sex Principiorum*³.

En ce qui concerne Proclus et Simplicius nous renvoyons à l'édition critique de leurs ouvrages, et pour Platon nous renvoyons au *Corpus Platonicum Medii Aevi*⁴.

Eindhoven

Eelcko YPMA, O.S.A.

DE PRAEDICAMENTIS IN DIVINIS QUAESTIO XX

Quaestio est: Utrum quando dicatur de Deo proprie et realiter.

- (1) Et arguebatur quod sic, quia ei conveniunt differentiae ipsius, scilicet praeteritum praesens et futurum. Dicitur enim in Apocalypsi «qui es qui eras et qui venturus es».
- 5 (2) Praeterea, Deus movetur, et sic tempore mensuratur; quare est in eo quando. Maior patet quia, secundum Augustinum, Deus movetur nec per tempora nec per loca.

Item, omne agens physice movetur. Deus autem maxime agit physice quia sic agit res ut natae sunt agi; et Dionysius dicit quod Deus movetur

NYSIUS, De Divinis Nominibus — PG 3. JOHANNES DAMASCENUS, De Fide Orthodoxa — PG 94; Saint John Damascene. De Fide Orthodoxa. Versions of Burgundio and Cerbanus ed. E.M. BUYTAERT, N.Y./Louvain 1955.

³ Aristotelis omnia quae extant opera, selectis translationibus ... illustrata ... Averrois Cordubensis in ea omnes ... Commentarii. Ed. Venetiis 1562/74; re-ed. Frankfurt 1963. Vol. I, IV etc.

⁴ PROCLUS, Elementa Theologica. ed. C. VANSTEENKISTE. *Tijdschrift voor Philosophie* 13 (1951), 264-302; 491-531; ed. H. BOESE, Ancient and Medieval Philosophy, Series I,V, Leuven 1987. SIMPLICIUS, Commentaire sur les Catégories d'Aristote. Traduction de Guillaume de Moerbeke. ed. A. PATTIN O.M.I., Louvain/Paris 1971; Leiden 1975, 2 vol. PLATO, Corpus Platonicum Medii Aevi IV: Timaeus. ed. J.H. WASZINK, London/Leiden 1962.

2 convenit *add.* eius BN ipsius/quando BN 3 praesens et futurum/et futurum et praesens BN es/est BN; *add.* et T 4 eras/erat BN es/est BN 5 tempore/ipsi B quare/quando T; *add.* et BN 6 quando *ante* est BN quia secundum/per BN 9 natae/nata BN

3. Apocalyps. 11,77; cfr. 4,8.

6. VIII De Genesi ad litt. cap. 20;23;26. PL 34,388;389;391.

9. De Div. Nominibus cap. 9,9. PG 3,915.

10 recte, oblique et circulariter.

(3) Praeterea, illud in quo est proprie duratio de illo dicitur proprie quando; cuius ratio est quia quando dicitur habitudinem ad durationem vel mensuram durationis. Sed in Deo est duratio proprie, quia aeternitas quae est eius duratio proprie dicitur duratio, licet analogice cum aliis durationibus, ut aevo et tempore. Analogia autem non tollit proprietatem. Ergo quando proprie dicitur de Deo, licet analogice, cum quando quod est respectu temporis et aevi.

(4) Praeterea, si quando non dicitur proprie de Deo, hoc maxime videtur quia dicitur habitudinem ad mensuram successionis et dicitur successionem sicut etiam Respondens dicit. Sed hoc non obstat. Quod patet; nam quando dicitur de angelis proprie, non solum secundum quod mensurantur tempore secundum suas actiones, sed etiam secundum quod mensurantur alia mensura quantum ad suum esse. Nam, ut quidam dicunt, mensura esse angeli est aeternitas. Aevum autem sicut quando in angelis, et ideo plurificatur secundum plurificationem angelorum.

Secundum autem alios, aevum est mensura angelorum quantum ad esse, et cetera.

In primo casu sicut tempus in motu primi mobilis, et tunc idem sequitur quia in aliis angelis est habitudo ad aevum, et hoc dicitur quando, sicut habitudo temporalium ad tempus dicitur etiam quando, licet illud sit evidenti-
us.

(5) Praeterea, quando dicitur habitudinem ad nunc. Sed nunc proprie Deo convenit, licet nunc eius sit manens; nunc vero creaturarum secundum Boetium sit currens. Haec tamen differentia accedit quantum ad habitudinem ipsius nunc. Ergo quando proprie dicitur de Deo, immo videtur quando proprie dicere habitudinem ad ipsius nunc, quia de mensura non est nisi nunc. Unde, si dicitur aliquid praeteritum vel futurum, hoc est per comparisonem ad nunc, quia habitudo est semper ad ens, non autem ad non ens.

10 recte/ratione T circulariter/circulatus *corr.* N 11 de/ac N 13 mensuram/mensura BN 13 mensura durationis *add.* sicut ei cui convenit origo, convenit etiam habitudo originis, ita cui convenit proprie duratio convenit (proprie) habitudo ad durationem BN duratio/habitus B 15 (ut aevo) et *om.* BN 19 successionis *add.* tantum BN; succedentium T dicit *add.* etiam B 20 etiam Respondens/et tempus BN obstat/constat T 21 secundum/quantum ad BN mensurantur/mensuratur BN 23 mensura *om.* BN 24 est *add.* sicut BN 27 et cetera *add.* et est BN 28 casu/aeviterno BN; aevum R tempus *om.* BN 29 quia/quod T 30 etiam quando licet/quod licet BN 33 (eius) ut *om.* T 34 currens/transiens T 35 sed nunc ipsius nunc *om.* B immo *mss.* ymo immo videtur *om.* B 36 (ad) ipsius *om.* BN 38 (non) autem *om.* BN

(6) Praeterea, cum tempus sit imago quaedam et deficiens participatio
40 aeternitatis, habet realem habitudinem ad aeternitatem divinam; quare
econverso aeternitas divina habet habitudinem ad tempus secundum ratio-
nem, et proprie. Sed habitudo ad tempus est quando; ergo quando proprie
dicitur de Deo.

(7) Praeterea, in ratione ipsius quando non includitur successio, ut vide-
45 tur, quia relinquitur ex adiacentia temporis, et non includit ipsam; ergo
Deo proprie convenire potest.

(8) Praeterea, cui convenit proprie operatio facta in quando, convenit et
ipsum quando. Sed Deo convenit operatio facta in quando. Unde Deutero-
nomio «quando dividebat Altissimus gentes quando separabat filios
50 Adam», et Proverbiis 8. «quando appendebat» et cetera, et in aliis locis
Scripturae; ergo, et cetera.

(9) Praeterea, de Deo dicitur proprie semper, sed semper est sub quando
sicut heri et hodie; semper enim est universale temporum, sicut ubique
locorum.

(10) Praeterea, nunc aeternitatis et temporis sunt eiusdem rationis; cum
ergo quando dicatur proprie de Deo quod habet habitudinem ad nunc tem-
poris dicetur etiam proprie de eo quod habet habitudinem ad nunc aeterni-
tatis. Huiusmodi autem est Deus; ergo, et cetera. Maior autem sic patet,
quia, sicut nunc temporis est unum secundum rem et diversum secundum
60 rationem, ita et nunc aeternitatis videtur eiusdem rationis esse secundum
quod coexistit diversis partibus temporis, ut praeterito et futuro.

(11) Praeterea, Deus est prior mundo duratione. Ubi autem est prius et
posterius secundum durationem, ibi est successio; quare Deo convenit
successio, quia durationi eius succedit duratio creaturae. Illud enim cui
65 succedit aliquid, ipsum transit, et sic est successum, et cetera. Et ita de

39 imago *mss.* ymago 42 quando *om.* BN proprie *post* de Deo BN 44 (quando)
non *om.* B successio/successus BN; successionem T 45 includit ipsam/includitur
tempus BN 46 Deo *post* potest N 47 (in quando) convenit *om.* BN 48 Sed *add.*
in N Convenit *add.* ipsa N Unde *om.* BN Deuteronomio/Deuteronomii BN 49
gentes/dentes BN filios/ab T; filios Adam/8.Deut. P 50 quando Adam *om.* R
filios Adam quando appendebat/ante se BN et cetera *om.* R 51 ergo *om.*
BN 52 proprie semper sub quando/semper dicitur (sed) quando est sub semper BN
54 locorum *add.* ergo, et cetera BN 57 (de) eo/fillo BN (ad) nunc *om.* T tempo-
ris dicetur ad nunc *corr.* B1; *om.* B 58 autem sic patet/probatur BN 59
(sicut) nunc *om.* N 60 esse *post* eiusdem BN 61 coexistit/existit B 63 (durationem)
ibi *om.* BN 64 enim/autem BN cui *om.* TR; quod P 65 successum/successio BN

Deo dicitur proprie quando.

(12) Praeterea, haec est vera propositio: Deus fuit heri, et propria. Alias opposita eius essent impropria et falsa; sed heri dicit quando; ergo, et cetera.

70 (13) Praeterea, illa quae sunt simul secundum locum, sunt in eodem loco numero; ergo illa, quae sunt simul secundum durationem, mensurantur eadem duratione. Sed Deus et creatura sunt simul secundum durationem; ergo oportet quod eadem duratione mensurentur. Ergo sicut proprie dicitur quando de creaturis, sic de Deo dicitur proprie.

75 (14) Praeterea, haec est vera: Deus erat quando mundus non erat, et est propria; ergo de Deo dicitur quando proprie.

(15) Praeterea, secundum Auctorem Sex Principiorum «quando est in omni eo quod incepit esse». Sed Deus incepit esse homo, sicut homo incepit esse Deus; ergo quando proprie dicitur de Deo.

80 (16) Praeterea, Deus vere dicitur mortuus, et hoc est in tempore; quare in Deo est quando.

Alia plura obieiebantur ad ostendendum quod in Deo sit successio, sed haec non erant directe ad quaestionem.

85 In contrarium est quia in Deo non est prius, quare nec quando, quod hoc requirit.

Ad huius quaestionis dissolutionem sic procedendum est: Quia enim quando videtur importare habitudinem ad mensuram durationis, ideo:

90 I Primo videndum est de mensura durationis quid est, et quomodo distinguitur.

II Secundo videndum est quid est quando, et an faciat distinctum praedicamentum.

III Tertio vero ex his inquirendum erit an dicatur de Deo proprie et
95 realiter.

66 proprie dicitur quando/quando dicitur proprie B 67 Alias/alia T 68 ergo om. B
70 simul *post* locum BN 71 secundum durationem/duratione BN 72 (sunt) simul
om. T 74 dicitur *add.* quando P (dicitur) proprie om. T 75 praeterea om. T 76
dicitur/dicitur T (proprie) quando *corr.* B1; om. B 79 (in)cepit esse om. T 80 (et
hoc) est om. BN 82 (in Deo) sit/est BN successio *add.* vel sit BN 83 ad quaes-
tionem *add.* et cetera T 85 (non) est *corr.* B1; om. B nec/non BN quod/quae
T quod hoc requirit om. BN 92 (videndum) est om. T 94 Tertio vero/Et tertio
BN (ex) his/eis BN (inquirendum) erit/est BN

I Quantum ergo ad primum est sciendum quod duratio vel mora uniuscuiusque rei dicitur secundum quam demonstratur quamdiu aliquid sit. Omnis autem duratio ad praedicamentum quantitatis pertinet, quia propria
100 ratio quantitatis est esse terminum et mensuram, ut supra patuit. Ideo omnis modus mensurae ad quantitatem pertinet, sive sit mensura extensionis ut dimensiones, sive multiplicationis ut numerus, sive durationis ut tempus et quaecumque alia duratio eadem ratione.

Duratio autem non addit rem aliquam supra illud cuius dicitur duratio, accipiendo rem ut Boetius accipit in libro De Trinitate. Illa enim praedicant rem quae ostendunt rem esse aliquid.

Sed duratio dicit solum modum quemdam essendi realiter, non quidem respectum, sicut illa septem praedicamenta quae dicuntur significare circumstantias rei secundum absolutum.

110 Unde, licet quantitas sit unum de illis tribus praedicamentis quae dicuntur significare rem, hoc tamen non est accipiendum de omnibus quantitativibus. Quantitas enim dividitur in numerum, spatium et moram. Spatium, idest spatiosam extensionem, id est dimensionem, moram idest durationem. Sed ex his solae quantitates quae dicunt dimensionem, significant
115 rem. Numerus autem non addit rem supra numerata, sicut albedo vel sicut linea sed solum realem modum; et similiter dicendum de duratione, ut tempus supra motum; et sic etiam de alia qualibet duratione.

Unde et, quia duratio non addit rem, ideo quidam dixerunt quod duratio est in eodem praedicamento cum eo cuius est duratio, ut aevum,
120 quia est duratio esse substantialis etiam est in praedicamento substantiae. Sed magis intelligo quod tempus et aevum et quaecumque alia mensura durationis sit in praedicamento quantitatis, quia ad diversitatem praedica-

97 ergo *om.* BN 98 secundum quam demonstrat/esse BN (aliquid) sit/est BN 100 patuit/fuit ostendum BN 104 rem aliquam *om.* BN (dicitur) duratio *add.* aliquam BN 107 realiter *lect. inc.* BN 108 septem/sex BN 110 tribus *om.* B 111 (significare) rem *lect. inc.* T non est *add.* intelligendum vel BN quantitativibus *om.* BN 112 spatium et moram/moram et spatium T (et moram) spatium *om.* T 113 id est/vel BN 116 non addit realem modum/et mora non dicunt rem sed reale modum BNR; *at postea add.* rei numerus enim non addit linea vel substantiam realem in eodem R (modum) et *om.* B ut/nec N; *lect. inc.* B 118 (unde) et *om.* BN duratio *ante* non addit BN rem *om.* T ideo/unde TP; *om.* R 120 esse *om.* B substantialis/substantie angeli BN etiam *om.* B; est N (est) in *om.* B 121 (intelligo) quod/quia T; *add.* est BN; *add.* et T (quaecumque) alia *om.* BN praedicamenti *add.* sed T

100. Questio X ed. Ypma 273 sqq.

105. cap. 4. PL 64,1253C.

menti non oportet quod sit diversitas rei, sed sufficit diversitas modi. Alioquin illa septem non essent distincta praedicamenta, nec etiam numerus
 125 pertineret ad praedicamentum quantitatis.

Viso igitur quid est duratio vel mensura durationis, videndum est ulterius quomodo distinguitur. Potest autem de mensura durationis assignari duplex distinctio.

130 Una quidem quae proprie convenit mensurae durationis secundum quod talis mensura est.

Alia vero quae communiter convenit ei secundum quod mensura. Alias dictum fuit plene de hoc in quadam quaestione de Quolibet, scilicet primo. Nunc breviter dicendum quantum sufficit ad propositum et secundum
 135 quod convenit cum aliis mensuris.

Prima distinctio est ipsius durationis in suas species vel in suos modos. Secundum vero sanctos et philosophos duae sunt mensurae durationis, scilicet tempus et aeternitas, sicut Dionysius ponit decimo capitulo De Divinis Nominibus.

140 Et Proclus, quinquagesima quarta propositione, aevum enim non est alia mensura quam circumstantias si consideretur proprietas. Aevum enim graece, latine dicitur aeternitas. Haec autem duae mensurae durationis, scilicet tempus et aeternitas, distinguuntur tripliciter.

Primo quidem ex parte mensuratorum, quia aeternitas mensurat esse,
 145 tempus vero mensurat motum proprie loquendo.

Si autem tempus dicatur aliquando mensura ipsius esse, hoc est in quantum esse sequitur modum motus, ut quia est esse mobiliter; et si aeternitas mensurat operationem, hoc est in quantum operatio illa est secundum

123 (quod) sit *om.* T 124 septem/sex BN non/cum B 127 est/sit BN 128
 ulterius *om.* BN videndum est mensura durationis *om.* B; videndum est quot
 modis durationis *corr.* B1 130 quidem/quaedam T 132 communiter *om.* T
 (convenit) ei *om.* BN mensura/mensuratur BN; *add.* et quia BN 133 plene/pleno B
 plene de hoc *post* quaestione T scilicet *om.* BN scilicet primo/ideo BN 134
 sufficit *om.* BN propositum *add.* est BN et secundum/secundum etiam T 136
 est *post* durationis BN (vel) in *om.* BN 137 vero *add.* et T 138 scilicet/sicut BN
 decimo capitulo/IV. BN 140 quinquagesima quarta/decima quinta R 141 alia *om.* R
 non est alia aevum enim *om.* BN 144 distinguuntur tripliciter quia aeterni-
 tas *om.* T esse *add.* et N 145 vero/non T mensurat *om.* B 146 (hoc) est *om.*
 BN 147 modum *add.* ipsius BN 148 operatio illa est secundum/sequitur BN

133. Quodlibet I q. IX ed. Ypma 128-139.

138. PG 3,938,939.

140. ed. Vansteenkiste 285; ed. Boese 29.

dum modum ipsius esse, ut quia est permanens operatio.

150 Secundo distinguuntur ex modo mensurandi, quia aeternitas mensurat secundum totum, tempus autem secundum partem.

Unde aeternitas est simul tota, sine successione; tempus vero non simul totum, sed successionem habens. Unde dicit Boetius in libro De Trinitate, quod hoc interest inter nunc nostrarum rerum et divinarum «quod
155 nostrum nunc quasi currens tempus facit et sempiternitatem, divinum vero nunc permanens neque movens sese atque consistens aeternitatem facit», in quo verbo apparet dicta differentia.

Has etiam duas differentias ponit Dionysius, et Proclus ubi supra dictum est.

160 Tertio distinguuntur ex habitudine ad terminum. Nam aeternitas termino caret, quia nec incipit nec desinit; tempus autem est duratio terminalis, quia et incipit et desinit, vel secundum totum et partes secundum doctrinam fidei, vel secundum partes licet non secundum totum secundum philosophos.

165 Licet autem illae duae mensurae sic differant, tamen tempus est quaedam deficiens participatio aeternitatis. Unde secundum Platonem tempus est imago mobilis aeternitatis.

Et Boetius tertio De Consolatione «qui tempus ab aevo ire iubes», quod postea in V libro pulchre declarat.

170 Est autem ulterius sciendum quod quaelibet harum mensurarum magnam diversitatem continet, quia tempus quoddam est mensura motus continui, quoddam vero mensuratio numeri vel operationum sibi invicem sine continuatione succedentium.

149 ipsius *add.* illa BN ut/et BN 152 successione/susceptione T non *add.* est BN
153 successionem/successive se BN habens *om.* N 149 interest *corr.* B1; *om.* B
(divinarum) quod/quia B; quae N 155 nostrum/nostrumque BN 156 sese/se BN
158 (Proclus) ubi/ut BN 160 terminum/alterum T 162 (quia) et *om.* BN vel/et B
(totum) et *add.* etiam BN 167 mobilis/nobilis BN 168 (Boetius) tertio/primò B;
omm. N (Consolatione) qui/quid RP; *om.* BN iubes/nubes BN; iubet T 169 quod
postea/et post BN pulchre *mss.* pulcre declarat/determinat N 172 quia/quod T
quoddam/quaedam N 173 continui/continet T mensuratio/mensura BN 174 conti-
nuatione/continuitate BN succedentium *lect. inc.* BN

153. cap. 4. PL 64,1253AB.

158. l. 136 sqq.

166. Timaeus 36DE-37C. Corpus Platonius Medii Aevi vol. IV,30. Cfr. Calcidii Com-
mentarium cap. IV, ib. 154.

168. M. IX. PL 63,758; CCL 94,51.

169. M. V 6. PL 63,858,859; CCL 94,101.

175 Primum tempus est in rebus corporalibus tantum; secundum est in
spiritualibus.

Similiter aeternitas quaedam est simpliciter et plene, quae soli Deo
convenit, quaedam vero quodam modo et diminute, quae convenit substan-
tiis incorruptibilibus, et solet a doctoribus vocari aevum.

180 Unde distinguunt tres mensuras, scilicet tempus, aevum et aeternita-
tem. Forte autem ideo non distinguunt tempus sed aeternitatem, quia maior
incomparabiliter est comparatio inter aevum et aeternitatem quam sit inter
tempus angelorum et corporalium.

Haec autem mensurae sic se habent ad res, quia Deus, quantum ad
185 omnia quae sibi conveniunt, mensuratur aeternitate, scilicet esse et operati-
onem, quia in eo idem sunt. Substantiae perpetuae quantum ad esse men-
surantur aeternitate imperfecta quae dicitur aevum, quantum ad motus vel
operationes tempore, nisi sit aliqua operatio semper manens in eis. Illa
enim mensuratur aeternitate participata, ut in angelis cognitio qua Deum
190 vident per essentiam; quaedam vero mensurantur tempore quantum ad
totum quod in eis est, ut substantiae generabiles et corruptibiles.

Haec est igitur prima distinctio mensurarum durationis.

Alia vero distinctio, quae communis est in omni genere mensurae,
195 est haec, quia mensura durationis quaedam est intrinseca, quae est in ipso
mensurato et dicit aliquod absolutum, pertinens ad genus quantitatis.

Alia vero est mensura extrinseca, quae est extra mensuratum. Hoc
potest patere per exemplum in mensura dimensionali, ut puta panni. Men-
200 sura enim intrinseca panni est dimensiva quantitas ipsius panni; mensura
vero extrinseca est quantitas dimensiva ipsius ulnae quae, licet sit mensura
intrinseca ipsius ulnae, est tamen mensura extrinseca ipsius panni ut est
quantum et dimensionatum, ita quod semper mensuratum refertur ad men-
suram extrinsecam ratione mensurae intrinsecae, et e converso.

175 (secundum) est/etiam BN 177 aeternitas *add.* est BN (quaedam) est *om.* B
plene/plena BN 178 diminute/diminuta BN 179 vocari *ante* a doctoribus BN 180
scilicet *om.* BN 181 ideo/in Deo B 182 forte autem in Deo aevum et aeter-
nitatem *om.* T sit/sic T 183 angelorum et corporalium/corporalium et angelorum T
184 (haec) autem *om.* N 185 mensuratur/mensurantur T aeternitate *om.* TPR
scilicet esse et/etiam BN operationem/operatio eius BN 186 substantiae *add.* vero BN
187 (aevum) quantum *add.* vero BN (ad) motus/opus T (motus) vel/et BN 189
enim/etiam BN mensuratur/mensurantur BN 191 quod in/quae T (eis) est *lect.*
inc. T 192 haec/hic T igitur *om.* B 194 (alia) vero *om.* BN (distinctio) quae
om. BN (communis) est *om.* TP 201 ulnae/ubi BN 202 (intrinseca) ipsius *om.*
BN ulnae/ubi BN est tamen mensura *corr.* B1; *om.* B

205 Nam, tam in mensura extrinseca quam in mensurato oportet esse
mensuram intrinsecam, ratione cuius unum referatur ad aliud sicut mensura
ad mensuratum.

Et similiter dicendum est in mensura durationis, ut puta in tempore;
nam ubi est motus, necessario in illo motu est tempus aliquod quod est
210 sicut mensura intrinseca. Ideo secundum numerum motuum est numerus
temporum quae sunt mensurae intrinsecae; tamen, sicut inter motus est
unus motus qui est mensura temporum omnium vel omnium motuum
secundum quod motus sunt, sic inter tempora est unum tempus quod est
mensura omnium temporum vel omnium motuum secundum quod tempo-
215 rales sunt. Et de hoc tempore Philosophus magis determinavit.

Ideo semper loquitur de tempore ut de uno, et sic de uno, sicut com-
muniter loquimur.

Indubitanter est tenendum quod plura sunt tempora, sicut alias et
ratione et auctoritatibus ostensum fuit. Numquam enim tempus quod est
220 passio et mensura intrinseca primi motus mensuraret alios motus nisi etiam
in eis esset tempus quod esset mensura intrinseca illorum quia, ut dicitur X
Metaphysicae, «semper cognatum est metrum, idest mensura, magnitudi-
num quidem magnitudo ... longitudinis longitudo, latitudinis latitudo, vocis
vox, gravitatis gravitas, unitatum unitas». Et similiter potest dici quod
225 motuum motus et temporum tempus. Unde, ubicumque est mensura extrin-
seca respectu aliquorum, oportet ponere in ipsis mensuratis aliquid unige-
neum et conveniens, quod est mensura intrinseca ipsorum, ratione cuius
referuntur ad mensuram extrinsecam.

205 Nam, tam *lect. inc.* tamen BN oportet *om.* BN 206 ad aliud *ante* referatur
BN 207 (mensura) ad/et BN 208 (dicendum) est *om.* BN 209 nam/vel BN
ubi *add.* in quo BN 210 sicut *om.* BN 211 (temporum) quae/qui TP (sunt)
mensurae *om.* BN intrinsecae/intrinseco B; *add.* insunt BN 212 qui est mensura *om.*
N (vel) omnium *om.* BN 213 (tempora) est/et BN 214 (temporum vel) omnium
om. BN (de uno, et) sic *om.* BN 216 sicut communiter loquimur/sic semper com-
muniter vel dicitur unum tempus ratione consortii qui sunt simul tamen BN 218 (te-
nendum) quod/ quia TP 219 (ratione) et *om.* B 220 (passio) et/vel BN 221 X/IV
BN 222 semper *om.* B; *add.* enim BN metrum *lect. inc.* BN magnitudinum/mag-
nitudinis BN 223 quidem/quemadmodum BN 224 unitatum/unitatis BN Et *om.*
B 225 motuum *lect. inc.* BN (et) temporum/temperati B extrinseca respectu
aliquorum/aliquorum extrinseca BN 226 oportet *add.* in eis BN ponere *add.* videli-
cet BN aliquid/aliquod BN unigeneum/homogeneum B 227 ipsorum/earum T
228 (ad mensuram) extrinsecam *om.* BN

215. IV Physicorum Vol. IV, 181A; Bekker 219^a.

218. Quodlibet I q. IX ed. Ypma 133-136.

222. Vol. VIII, 253D; Bekker 1053^a.

Et similiter in ipsa mensura extrinseca oportet esse aliquid unigenum mensurantibus, ratione cuius referuntur ad ipsam mensuram.

Et sicut dictum est de tempore, ita dicendum est de aeternitate. Quodlibet enim aeternum habet suam aeternitatem, quae est sicut mensura intrinseca. Sed inter has aeternitates est una quae est mensura extrinseca aliarum. Haec autem est aeternitas divina.

Utrum autem sit alia quae sit magis unigena, alias dictum fuit, et in argumentis aliquid tangetur.

Sic igitur patet primum principale declarandum.

II Quantum ad secundum, scilicet de quando, est sciendum quod quando dicit habitudinem ad mensuram durationis. Sed videndum est quomodo iuxta duplicem differentiam assignatam de mensura durationis.

Et quantum ad primam sciendum quod magis evidenter habitudinem dicit quando ad mensuram durationis, quae est tempus. Nam, sicut ubi significat esse in loco, ita quando significat esse in tempore, et sicut ubi dicit habitudinem eius quod dicitur esse in loco ad ipsum locum, sic quando dicit habitudinem eius quod est esse in tempore ad ipsum tempus, et sicut esse in loco est a loco terminari et contineri, sic esse in tempore est a tempore mensurari et contineri.

Sic igitur secundum omnes loquentes de quando non habet dubium quin quando dicat habitudinem rei quae est in tempore ad ipsum tempus; unde et secundum differentias temporis accipiuntur differentiae quando, et propter nominum penuriam eisdem nominibus nominantur.

Sed videndum utrum quando proprie dicat habitudinem et ad aliam mensuram durationis, ut ad aeternitatem.

Et videtur primo aspectu dicendum quod non, cum quando idem sit quod esse in tempore, non esse in aeternitate, sed diligenter considerando

230 mensurantibus/mensurantur T Et similiter ad ipsam mensuram om. B
 231 dictum est *post* tempore BN ita/sic BN (dicendum) est om. T 233 Sed om.
 BN (est) mensura om. N 235 (fuit) et om. T 236 argumentis/argumento N
 237 declarandum/declaratum B; *lect. inc.* N 239 scilicet de quando est sciendum/dicendum BN (quod) quando *add.* ut BN 240 dicit/habet B (videndum) est om. T
 241 duplicem/triplicem BN de mensura/ad mensuram BN 242 evidenter/evidentem BN
 244 ita/sic BN (significat) esse/esset T ubi/habitus B 246 (quod est) esse om. T
 247 esse in loco/a loco BN (in tempore) est om. BN 249 et sicut esse in loco ad ipsum tempus om. T 250 (unde) et om. BN 251 accipiuntur/accipiantur BN differentiae/differentias T; *add.* ipsius BN 252 nominum/rationum BN 253 videndum/videtur B 255 idem/ad Deum BN sit/sic BN

videtur dicendum quod etiam proprie. Quod sic patet.

Nam quando dicit habitudinem ad tempus secundum quod est mensura durationis; nunc autem mensuram esse durationis convenit proprie
260 aeternitati, licet non univoce sed analogice. Analogia autem proprietatem non tollit. Sicut ergo aeternitas proprie dicitur mensura durationis, ita quando, ut videtur, proprie dicitur de habitu ad mensuram durationis, quae est aeternitas. Sicut enim res quae est in tempore habet habitudinem ad tempus, sic res quae est in aeternitate habet habitudinem ad aeternita-
265 tem. Quare, sicut aeternitas proprie dicitur mensura durationis, ita videtur quod habitudo ad aeternitatem proprie dicatur quando. Et hoc modo videtur mihi satis probabiliter dici posse.

Sic igitur, licet evidentius et usitatius dicat quando habitudinem ad tempus, communius tamen accipiendo praedicamentum, quando dicit etiam
270 habitudinem ad aeternitatem, quamvis analogice tamen proprie.

Est tamen hic unum accipiendum quod quaelibet habitudo dat intelligere et suum fundamentum et suum terminum, ut similitudo dat intelligere albedinem in qua fundatur, et etiam illud quod est habitudinis terminus. Sic dicendum quod fundamentum ipsius habitudinis, quae importatur per
275 quando, est duratio quae est mensura intrinseca illius, in quo est quando; terminus huius habitudinis est duratio, quae est mensura extrinseca.

Quando igitur, licet essentialiter significet habitudinem, tamen dat intelligere et significat ex consequenti durationem quae est eius fundamentum et eam quae est eius terminus, et cetera.

280

Nunc videndum est de quando quantum ad secundam distinctionem de mensura durationis, quae est intrinseca et extrinseca, an scilicet quando dicat habitudinem ad mensuram intrinsecam vel extrinsecam, vel utramque.

285 Et dicendum quod quando non dicit habitudinem ad mensuram intrinsecam, sicut nec ubi, sed ad extrinsecam. Quando enim non dicit habitudinem ad tempus quod est in ipsa re temporali sicut in subiecto, sed ad tempus extrinsecum quod est in alia re, et quod est mensura intrinseca alterius et extrinseca ipsius, sicut quando dicit habitudinem alicuius motus
290 temporalis ad tempus, quod est passio primi motus.

262 (proprie) dicitur *om.* BN 265 videtur *om.* T 266 proprie *ante* ad aeternitatem
BN 267 mihi *om.* BN 268 et usitatius *post* ad tempus BN 269 (dicit) etiam/et
BN 271 tamen/autem BN (hic) unum *om.* B accipiendum/attendendum BN
(habitu) dat/det T 273 (et) etiam *om.* BN 274 (habitudinis) quae *add.* in T
278 (intelligere) et/ut T eius/ipsius BN 279 et cetera *om.* BN 281 quantum/quan-
do T 282 (intrinseca) et/vel BN (scilicet) quando *om.* BN 283 (extrinsecam) vel
add. ad BN 289 sicut/sic ergo BN 290 temporalis/temporis BN

Et quod ita sit, scilicet quod quando dicat non habitudinem ad mensuram intrinsecam sed extrinsecam, patebit statim infra melius.

Sed tamen sciendum est quod, cum quando dicat habitudinem rei
 295 durabilis ad aliam rem durabilem, vel durationis ad durationem, proprie
 tamen dicit habitudinem durationis unius rei ad durationem alterius rei;
 quae duratio sit mensura extrinseca illius, ut puta si Sortes currit, quando
 dicit habitudinem ad durationem cursus Sortis, quod est tempus ad duratio-
 nem quae est mensura illius durationis. Cuiusmodi est duratio primi motus
 300 quae dicitur tempus. Minus tamen proprie dicit habitudinem ad durationem
 extrinsecam, etiam quae non habet rationem mensurae respectu illius. Non
 omnis duratio extrinseca habet rationem mensurae, sed solum aliqua; illa
 quae comprehendit aliam et continet et excedit in duratione vel actu vel
 natura, vel saltem natura.

305 Unde, ponamus quod Sortes currat, et Martinus legat. Duratio cursus
 Sortis habet habitudinem ad durationem lectionis Martini, quia simul sunt,
 et ad durationem motus coeli, sed differenter, quia ad durationem motus
 coeli sicut ad mensuram extrinsecam, sicut ad illud quod simul existit et
 durat, et sicut ad illud quod mensuratur eadem mensura extrinseca cum
 310 ipso, quia utraque duratio mensuratur duratione motus coeli.

Sed quando dicit proprie habitudinem ad durationem quae est mensura, non autem proprie ad illam quae non est mensura, licet minus proprie et consequenter.

Unde ad interrogationem factam per quando respondetur per utram-
 315 que durationem. Cum enim dicitur quando currebat Sortes, potest responderi, quando sol ascendebat vel quando Martinus legebat. Potest tamen

291 (quod) quando *om.* BN 294 cum/licet BN 297 extrinseca/intrinseca BN
 (illius) ut *om.* BN 298 ad durationem/durationis BN 301 etiam/et N 302 respectu
 illius rationem mensurae *om.* BN aliqua; illa quae comprehendit aliam/sic se
 habet ad illam quae eam comprehendit BN 303 actu vel *add.* et T vel natura *om.* P
 304 vel saltem natura *om.* BN 305 (Sortes) currat/currit BN et Martinus/licet Plato
 BN 306 Martini/Platonis BN 307 quia simul sunt quia ad durationem *om.* T
 308 quia simul sunt ad mensuram *om.* BN (ad illud) quod *om.* T 310 (cum
 ipso) quia/cum BN (mensuratur) duratione/mensura BN 312 non autem proprie
 est mensura *om.* BN 313 consequenter *add.* ad aliam durationem BN 314
 interrogationem/tertiam B per *lect. inc.* B per quando *add.* Sortes currit BN 316
 per utramque responderi quando/quod BN (ascendebat) vel *add.* per B Marti-
 nus/Plato BN

lectio Martini habere rationem mensurae quantum ad nostram innotescen-
tiam, secundum quem modum etiam tempus primi motus mensuramus tem-
pore aliorum motuum, ut quanta pars diei fluxerit mensuramus per duratio-
nem alicuius actionis vel motus.

Est etiam sciendum quod quando potest importare minus proprie
habitudinem coexistentiae, non solum ad durationem quae est eiusdem
rationis cum duratione illius rei de qua dicitur quando, sed etiam ad durati-
onem quae est alterius rationis; sed hoc est adhuc minus proprie.

Unde propriissime quando dicit habitudinem ad durationem, quae est
mensura extrinseca illius secundum naturam; minus proprie ad durationem
quae est eiusdem rationis et non est mensura secundum naturam, sed forte
quoad nos; nunc autem minus proprie ad illam quae non est eiusdem ratio-
nis.

Unde quando generaliter dicit habitudinem semper coexistentiae
durationis cum duratione. Sed ultra hoc quandoque dicit habitudinem ad
durationem eiusdem rationis quae non est mensura extrinseca secundum
naturam, sed forte solum quoad nos.

Quandoque vero dicit habitudinem ad durationem alterius rationis, et
ut breviter et in summa dicatur, cum quando dicat habitudinem ad duratio-
nem extrinsecam. Hoc potest esse dupliciter: vel ad durationem eiusdem
rationis cum duratione illius de qua dicitur quando, vel ad durationem
alterius rationis.

Si ad durationem eiusdem rationis, hoc dupliciter, quia, vel dicit
habitudinem secundum coexistentiam et mensuram secundum naturam, id
est quia mensuratur ab illa duratione, et tunc propriissime dicitur quando,
vel dicit habitudinem solum secundum coexistentiam, non autem secundum
mensuram, nisi forte quia eadem mensura mensurantur aut quia illud est
mensura eius quoad nos; et hoc minus proprie dicitur mensura.

Si autem ad durationem non eiusdem rationis, hoc dupliciter: aut
dicit habitudinem coexistentiae et mensurae secundum naturam, prout

317 lectio Martini/locum Platonis N; Platonis *corr.* B1; *om.* B (habere) rationem *om.* T
318 quem modum etiam/quam etiam motum primum mensuramus motibus aliorum et BN
319 (pars) diei/die T 322 potest importare *corr.* B1; portare B 324 (eiusdem) ratio-
nis/durationis BN 325 quae est *om.* T (sed) hoc/hic B 327 (ad) durationem/ratio-
nis B 328 (eiusdem) rationis *om.* B 329 nunc/adhuc BN autem *om.* B 332
(hoc) quandoque/quando BN 333 (quae) non *om.* T; *post* extrinseca BN 334 (forte)
solum *om.* BN 335 quandoque/quando BN durationem *add.* quae est BN (ratio-
nis) et *om.* BN 338 cum duratione dicitur quando *om.* BN 339 vel ad duratio-
nem alterius rationis *om.* T 341 coexistentiam *add.* sed ad durationem B 342 (et)
tunc/ sic BN (propriissime) dicitur/dicit N 344 (forte) quia *om.* T (quia) illud
om. BN 346 (Si) autem *om.* BN

aeternitas dicitur mensura temporalium, et hoc minus proprie dicitur quando; aut habitudinem solum coexistentiae, non autem mensurae, ut cum de
 350 aliquo aeterno dicitur quando per comparisonem ad tempus; tunc enim sola coexistentia, non autem mensura, quia tempus non est mensura aeterni, tamen aliquod aeternum secundum mensuram respicit temporale, quia mensuratur eadem mensura, ut puta aeternitate, ut angelus et corpus aliquod immortale coexistunt et eadem mensura mensurantur.

355 Omnibus ergo his modis quando potest dicere habitudinem ad durationem non translativae, sed tamen secundum magis et minus proprie.

Unde patet quot et quibus modis quando dicit habitudinem ad durationem, quia vel temporalis ad temporale, vel temporalis ad aeternum, vel aeterni ad temporale. Si temporalis ad temporale, vel ad temporale quod
 360 est mensura secundum naturam, et tunc quando dicit habitudinem coexistentiae et mensurationis, vel ad temporale quod non est mensura secundum naturam, et tunc dicit habitudinem coexistentiae et mensurationis quoad nos, vel commensurationis, quia una communi mensura mensuratur.

Si vero dicit habitudinem temporalis ad aeternum, tunc dicit habitudinem coexistentiae et mensurationis secundum naturam, sed vel ad aeternum quod est Deus, et tunc dicit habitudinem coexistentiae et mensurationis secundum naturam quia mensuratur, vel ad aeternum quod dicitur aeviternum, et tunc dicit habitudinem coexistentiae et mensurationis dupliciter, et quia aevum mensurat temporale aliquo modo, et quia utrumque,
 370 scilicet aeviternum et temporale, mensurantur una mensura quae est divina aeternitas.

Si autem dicit habitudinem aeterni quod est temporale, vel aeterni quod est Deus, et tunc dicit coexistentiam, non mensuram, vel aeterni quod est aeviternum, et tunc dicit coexistentiam et mensuram, non quia temporale
 375 mensuret aeviternum, sed quia ambo mensurantur una mensura, quae est aeternitas.

349 aut *add.* dicit BN mensurae/mensuram B ut/nec BN cum/tamen B 350
 (tunc) enim/est BN 351 non/numquam *ante* tempus BN 352 (respicit) temporale/rem temporalem BN 353 mensuratur/mensurantur BN 354 immortale/mobile *lect. inc.* BN 355 durationem *add.* et BN 358 (ad) temporale/temporalem BN 359
 Si/sed BN vel ad temporale *om.* BN 360 quando *om.* BN 361 mensurationis *add.* quoad nos N 362 vel ad temporalem quod et mensurationis *om.* B quoad nos *om.* N 363 una/uni BN mensuratur/mensurantur BNR 364 dicit *om.* BN
 habitudinem *om.* B temporalis/temporalem T 367 sed vel ad secundum naturam *om.* BN (quia) mensuratur *add.* aeternitate BN (quod) dicitur/dicit BN
 368 (dupliciter) et *om.* BN 369 mensurat/mensuratur BN utrumque *lect. inc.* B
 372 (Si) autem/aut T dicit *om.* BN 373 coexistentiam *add.* et BN 375 (temporale) mensuret/mensuratur B; mensura N (sed) quia/quod T

His autem visis considerandum est ulterius, an faciat distinctum praedicamentum.

380 Et dicendum, sicut dictum est in quaestione de ubi, per quod magis patet quod quando dicit habitudinem non ad mensuram intrinsecam, quia illa habitudo non facit praedicamentum, quae est respectu alicuius distincti, ut supra dictum est in quaestione de ubi. Similiter utrum dicat pure habitudinem, dicendum sicut in quaestione de ubi.

385 De illis enim dictum fuit supra simul, quia quando et ubi habent connexionem quamdam ad invicem. Sicut enim de actione et passione oportuit aliqua simul determinare, propter connexionem ipsorum et propter respectum eorum ad invicem, sic et de ubi et quando, quae convenientiam quamdam habent ad invicem, quia sunt extrinsecae mensurae a quibus res
390 generales dependent, prout quando dicit habitudinem ad tempus.

Unde et de quando statim post ubi dicendum fuit; tamen interpositum fuit de positione, quae magis adhuc convenit cum ubi, et de ubi autem prius dictum fuit, quia locus videtur esse propter multa dignior tempore, ut Simplicius dicit; tamen solet in exemplis a Philosopho praeordinari quando.
395 Sed de ordinatione huiusmodi non est magna vis nunc facienda.

Est igitur quando distinctum praedicamentum et dicit nudam habitudinem et cetera in re quae dicitur esse in tempore, non autem in ipso tempore; et eius fundamentum est duratio aliqua quae est mensura intrinseca et durationis fundamentum per consequens; terminus autem eius est
400 duratio aliqua extrinseca, ut patet ex dictis.

378 visis *om.* T 380 dicendum *add.* est BN dictum *corr.* B1; dicendum B 381
(dicit habitudinem) non/ut P intrinsecam *add.* sed extrinsecam *corr.* B1.N; *om.* B
382 (habitudo) non *lect. inc.* B quae *add.* non BN 383 (quaestione) de ubi *om.* T
384 similiter utrum quaestione de ubi *om.* BN supra ante dictum BN 385
(ubi) habent/dicunt BN 386 connexionem *add.* vel B; *add.* aliquam vel N 387
(connexionem) ipsorum *om.* B ipsorum et/eorum T 388 eorum/ipsorum BN (sic)
et *om.* BN quando/tempora TR 389 quae convenientiam ad invicem *om.* BN
(mensurae) a/in T 390 generales *lect. inc.* N ad tempus *add.* et ubi ad locum BN
391 (dicendum) fuit/erat BN 392 adhuc *om.* BN (ubi) et *om.* BN 393 prius *om.*
B videtur esse *om.* BN multa *add.* videtur BN 394 (solet) in *om.* B 395
nunc ante magna B 396 Est igitur/Dicendum ergo quod BN quando *add.* dicit BN
(et) dicit *om.* BN 397 et cetera *om.* BN non autem in ipso tempore *om.* T 398
(tempore;) et/ut T 399 fundamentum *add.* et BN

380. Quaestio XVIII. *Augustiniana* 38(1988), 75 sqq.

383. *Ibidem.*

385. *Ibidem.*

394. ed. Pattin II,467 sq.

394. De Praedicamentis Vol. I pars I 25^o L;48^o LM.

Et sic patet secundum principale.

III Quantum ad tertium sciendum quod quibusdam videtur quod quando non dicatur proprie de Deo; quod videtur etiam haberi ex verbis beati

405 Augustini V De Trinitate.

Et sine dubio verum est, si accipiatur quando stricte, si consideremus omnimodam proprietatem.

Sed quia Boetius videtur quando proprie Deo attribuere, dum separat
situm et passionem, et alia attribuit, ideo videtur dicendum quod aliquo
410 modo dicatur proprie.

Unde, ut salvetur utrumque dictum, possimus dicere quod aliquo modo non dicitur proprie, aliquo vero modo dicitur proprie; quod potest faciliter patere ex his quae dicta sunt.

Primo igitur videndum, quomodo verum est quod non dicitur proprie.

415 Circa quod sciendum quod, sicut dictum est, quando dicitur habitudinem ad durationem extrinsecam et proprie dicitur habitudinem, non solum

401 Et *om.* BN principale *om.* TP; *add.* Est autem sciendum quod cum haec duae mensurae, scilicet tempus et aeternitatis, sic se habeant quod tempus derivatur ab aeternitate et habet analogiam ad ipsum. Unde et mensura durationis analogica dicitur de utraque et etiam aeternitas continet tempus et excedit ipsum vel actu vel natura vel saltem natura, sequitur quod quarumcumque mensura extrinseca, licet minus proprie et cetera.

Item sciendum quod alius modus continentiae contineri a loco et contineri a tempore; ideo aliud praedicamentum est quando ab ubi;

Item nota quod semper quando quomodocumque accipiatur, dicitur coexistentiam in duratione, cum mensurationem continentiae, sed diversimode. Uno modo quia illud quod dicitur esse quando mensuratur a duratione, ita quod coexistit et continetur, et tunc propriissime dicitur.

Alio modo quia mensurat nec mensuratur ab eo, sed ambo a tertio, et hoc minus proprie dicitur quando.

Alio modo quia illud quod dicitur quando mensurat durationem illius cui coexistit; non autem mensuratur ab ea nec ambo mensurantur una mensura, et hoc maxime improprie quolibet horum modorum est quando.

Nota quod quando dicitur coexistentiam; dicitur et mensurari et terminari et contineri aliquid a tempore; primum, scilicet coexistentia, est minus principaliter de ratione ipsius quando, alia nec magis principaliter, nec quantum ad id quod importat principaliter dicitur non dicitur de Deo proprie; quantum vero ad illud quod importat minus principaliter dicitur de Deo. BN 403 sciendum/dicendum B 404 (Deo) quod/quia T 406 stricte *add.* et BN; *add.* non P 408 (Sed) quia/quod T 409 (et) alia *om.* BN ideo/ei quando non BN aliquo modo *add.* non BR 410 dicatur/dicitur BN proprie *add.* de Deo P 412 Unde, ut dicitur proprie *om.* B vero *om.* T 416 (non) solum *om.* BN

405. cap. VIII (9). PL 42,917; CCL 50,215,216.

408. De Trinitate cap. 4. PL 64,1253C.

415. l. 294 sqq.

secundum rationem coexistentiae, sed etiam secundum rationem mensurae, vel quia illud ad quod dicit habitudinem est mensura illius, vel quia ambo mensurantur una communi mensura.

- 420 Hoc autem in Deo inveniri non potest. Verum est enim quod Deus habet habitudinem ad aliquam mensuram extrinsecam, ut ad tempus. Sed haec habitudo non est secundum rationem mensurae, quia Deus nulla mensura extrinseca mensatur nec continetur, sed solum intrinseca, quae est aeternitas; haec ergo habitudo facit proprie quando, accipiendo per omnem
425 modum proprie et principaliter. Quantum ergo ad hoc non dicitur proprie de Deo; et sic intelligit Augustinus.

- Quod autem aliquo modo possit dici proprie, patet. Licet quando importet habitudinem secundum rationem mensurae proprie et principaliter, tamen secundo et minus proprie omnis habitudo ad mensuram aliquam
430 durationis, secundum quod mensura durationis est, potest dici quando, omnis scilicet habitudo rei durabilis ad mensuram aliquam extrinsecam durationis secundum quod duratio est.

- Nunc autem Deus ipse secundum suam durationem, quae est aeternitas et est mensura eius intrinseca, habet habitudinem ad mensuram durationis quae est tempus.
435

- Habitudinem dico non secundum rationem mensurae, quasi sua aeternitas mensuretur a tempore, vel quod aeternitas et tempus mensurentur aliqua alia mensura, sed habet alium modum habitudinis, nec intelligo de habitudine quam habet ad tempus in quantum tempus est creatura quaedam
440 in qua Deus esse dicitur sicut in aliis creaturis, sed de habitudine quam habet ad tempus in quantum est duratio quaedam. Non ergo sic intendimus de habitudine ut Deus secundum suam potentiam est factor et conservator temporis, secundum quod ipse Deus secundum suam durationem, quae est aeternitas, comparatur ad durationem quae est tempus.

- 445 Et possumus assignare triplicem habitudinem aeternitatis ad tempus. Primo, secundum rationem coexistentiae, quia aeternitas coexistit

419 mensurantur *add.* aliqua BN una *post* mensura BN 421 (habet) habitudinem
om. T 422 Deus om. BN 424 haec ergo/et haec BN 425 ergo *post* ad hoc N
426 et sic/secundum hoc BN 427 possit/potest N licet *add.* enim BN 429 et
minus *add.* principaliter et B 430 secundum quod mensura durationis est om. T 431
quando, omnis scilicet/quando cumque sit B; quando cum sit N durabilis *add.* secundum
quod durabilis B 437 (vel) quod om. BN 438 nec intelligo/ut intellegimus
BN 439 (quantum) tempus om. BN 441 in quantum est/prout est BR; potest esse N;
ut tempus et P quaedam om. BN intendimus *add.* sic N 442 ut/ prout BN 443
temporis *add.* sed T; *add.* scilicet

tempori, sicut dictum est supra quod unum temporale coexistit alteri.

Secundo, secundum rationem excessus et continentiae, quia duratio, quae est aeternitas, continet tempus et excedit ipsum; et ideo aeternitas est aliquo modo mensura temporalium. Nam, dato quod semper fuisset tempus et semper futurum esset, ut philosophi posuerunt, tamen aeternitas divina excedit tempus, etiam secundum totalitatem ipsius, non solum secundum partes, de quibus manifestum est. Similiter potest dici de aevo, quod est aeternitas participata, quia aeternitas divina coexistit ei et excedit eum.

Unde dicitur Deus esse ante aeternitatem et post aeternitatem, scilicet participatam, dato quod semper fuissent et semper futura sint. Licet enim non excedat ea actu, tamen excedit natura, ex hoc ipso quod creatura de se non est, sed ab alio habet esse, et sic sua duratio a nullo dependet. Unde, dato quod non excedat actu, excedit tamen natura.

Tertio potest assignari habitudo secundum rationem causalitatis, scilicet quia tempus est imago aeternitatis et exemplatum ab illa; et similiter dicendum de aevo suo modo.

Haec autem triplex habitudo potest proprie dici de Deo, scilicet coexistentiae excessus vel continentiae et causalitatis vel exemplaritatis.

Si ergo quando importat hanc triplicem habitudinem ad tempus, sic proprie dicitur de Deo quando.

Et ex hoc potest videri quid important differentiae temporis vel quando dictae de Deo, ut semper, hodie, heri, cras et huiusmodi. Dicunt enim habitudinem Dei ad tempus, non secundum rationem mensurae, sed secundum triplicem habitudinem quae dicta est.

Est tamen sciendum quod, sicut dictum est supra, ipsum quando, licet essentialiter dicat habitudinem de quocumque dicitur, tamen dat intelligere fundamentum habitudinis et termini. Quando ergo, dictum de Deo, vel in sua generalitate vel secundum suas species, essentialiter dicit habitu-

448 excessus/exessus N 449 est/in N; *post* modo B 452 excedit/excederet BN; *et*
add. semper B (non) solum *om.* N 453 manifestum est *add.* et BN potest/tempus
 BN 454 divina *corr.* B1; *om.* B eum/ipsum BN 455 et post aeternitatem *om.* B
 456 enim *om.* B 458 Unde dato/dato tamen BN 459 excedat *add.* alia BN 461
 imago *mss.* ymago *ac ita deinceps* (illa) et *om.* B 463 Haec/hoc B habitudo
corr. B1; *om.* B proprie *om.* BN 464 (continentiae) et/vel BN 466 quando *ante*
 dicitur BN 467 important/importent BN; importatur T 468 dictae/dicti BN; *lacuna*
 T hodie, heri/heri et hodie BN 472 (dictum) est *om.* T 473 licet *ante* ipsum BN
 474 habitudinis/habitus B

447. Quaestio XIII ed. Ypma 24 sqq.

472. Ibidem.

dinem ad tempus vel ad aevum, sed specialiter ad tempus quia evidentius, ut dictum est supra, sed cum hoc dat intelligere fundamentum huius habitudinis. Hoc autem fundamentum est aeternitas, sicut fundamentum domini est potestas, et dat etiam intelligere tempus tamquam terminum.

480 Hinc est quod huiusmodi nomina seu verba temporalia dicta possunt designare aeternitatem et tempus, et habitudinem unius ad alterum, scilicet aeternitatis ad tempus; sed habitudinem significant essentialiter, aeternitatem autem et tempus ex consequenti per cointelligentiam.

Et secundum hoc potest intelligi illud quod dicit Alanus in tractatu
485 de Maximis Theologiae, et sumitur ab Anselmo Monologion XXIV ad verba temporalia de Deo dicta praedicant aeternitatem, ut, cum dicitur Deus heri fuit, hodie est, cras erit aeternitas praedicatur, quod verum est per consignificationem; sed per principalem significationem praedicatur habitudo aeternitatis ad tempus, talis qualis dicta est.

490 Sic etiam possumus dicere quod significant vel praedicant tempus per consignificationem, unde et temporalia dicuntur, licet significant quando.

Sic igitur est dicendum quod, si consideremus modum et rationem habitudinis quam importat quando primo et principaliter et proprie, sic non
495 dicitur de Deo proprie. Dicit enim quando esse in aliqua duratione et usitatus in tempore sicut contentum et mensuratum. Unde dicitur contineri et mensurari mensura aliqua extrinseca durationis et usitatus temporis; quod Deo proprie non convenit.

Si vero consideramus modum et rationem habitudinis quam importat
500 quando secundario et ex consequenti, sic potest dici proprie de Deo. Dicit enim habitudinem rei durabilis ad durationem extrinsecam quocumque modo, scilicet coexistentiae excessus et exemplaritatis.

476 sed specialiter *om.* N 477 (cum) hoc *om.* T huius/iustus BN 479 etiam *om.* T 480 temporalia/temporaliter BN possunt designare *lect. inc.* P; significare possunt duo BN 483 consequenti *add.* et BN cointelligentiam/coexistentiam BN 485 Maximis/Maxima BN XXIV/34 B 486 (aeternitatem) ut/et BN 487 Deus *om.* BN fuit/sive BN est/et BN erit *om.* BN (verum) est *om.* N 488 consignificationem/cosignificationem N (sed) per *om.* T 490 sic *add.* enim BN etiam *om.* B significant *add.* et B vel/etiam BN 493 rationem habitudinis/habitudinem BN 494 primo *om.* B proprie *add.* et primo B 496 contentum/contemptum T unde *add.* et B 497 mensura *add.* in T 499 importat/importans BN 500 (consequenti) sic *om.* BN Dicit enim/et dicit BN

477. l. 445 sqq.

484. Regulae Theologiae XLIII; XL. PL 210,640.

485. PL 158,176A; ed. Schmitt 30.

Ideo dicit Anselmus, Monologion XXII, quod, cum esse in loco et tempore dicitur de Deo et creatura, licet una sit prolatio propter loquendi
 505 consuetudinem, diversus tamen est intellectus propter respectus dissimilitudinem. Nam in creatura significat duo, scilicet contineri a loco et tempore, et esse praesentem loco et temporis; in Deo autem unum solum, scilicet esse praesentem, non autem contineri. Unde, si usus admitteret, magis deberet dici esse cum loco et tempore quam in tempore et loco.

510 Alio tamen modo Deus est praesens locis et temporibus quam creatura, quia intimius eis iungitur, et quia sua praesentia conservat tempus et locum et quae in eis sunt. Sic non metaphorice sed proprie dicitur de Deo esse in tempore, quod est quando, sed non secundum plenitudinem rationis nec secundum illud quod principaliter pertinet ad hoc quod est esse in
 515 tempore, quod idem est quod quando.

Ex dictis autem potest videri an quando dicatur proprie de angelis. Secundum enim quod comparantur secundum suam durationem, quae est aevum, ad mensuram extrinsecam durationis, quae est aeternitas, sic dicitur
 520 proprie et principaliter de eis, supposito quod quando dicat habitudinem non solum ad tempus, sed etiam ad aeternitatem et proprie, nisi licet analogice.

Si vero comparentur ad Deum, secundum autem mensuram durationis quae est tempus corporalium, sic dicitur de eis quando proprie quidem
 525 sed secundo, et dicit habitudinem coexistentiae et excessus et exemplaritatis aliquo modo.

Sed si loquamur de locatione angelorum, quo tempore mesurantur, dicendum quod dicitur de eis quando, et ut comparantur inter se ad invicem, et etiam ad tempus nostrum, et hoc secundum coexistentiam; secun-
 530 dum mensuram autem potest dici, supposito quod sit unum tempus in eis

503 in loco et tempore/in tempore et loco T 504 prolatio/probatio BN 505 respectus/rei BN 506 significat duo/duo significantur BN 507 praesentem/presente BN 503 (esse) praesentem/presente BN contineri *add.* invenitur BN 511 eis iungitur/ei se iungit BN praesentia *add.* ea BN tempus *add.* scilicet BN 512 locum/locus BN et *add.* ea BN sunt *add.* et BN sic/sicut B 514 nec/ut BN 515 quod/cum B 520 habitudinem *ante* non solum N 521 (aeternitatem) et *om.* B nisi *om.* BN 523 comparentur/comparetur BN Deum secundum autem *om.* BN; autem *om.* P 524 sic/sicut BN 527 loquamur/loquimur BN locatione/locutione T; *om.* P angelorum *om.* B 528 (invicem) et *add.* hoc B 529 (nostrum) et hoc *add.* etiam BN coexistentiam *add.* et BN 530 autem *om.* BN

et mensurans alia tempora, sicut est in corporalibus; quod tamen dici non solet. Sed potest dici quod eo modo potest poni unum tempus in eis quo et unum aevum. Quomodo autem sit unum aevum mensura aliorum dictum fuit et in argumentis tangetur.

535

Nunc videndum est an quando dicatur de Deo realiter.

Et dicendum quod prout realiter dicit importare rem, et non rei circumstantiam, sic de nullo dicitur quando realiter.

Si vero dividitur contra secundum rationem, sic non dicitur de Deo
540 quando realiter, sicut nec aliae habitudines eius ad creaturas. Haec enim non sunt in Deo realiter ut in subiecto, sed solum ut in termino.

Unde secundum illam triplicem habitudinem, scilicet coexistentiae, continentiae et exemplaritatis, tempus realem habitudinem habet ad aeternitatem. Aeternitas autem ad tempus non realem, nisi sicut terminus, et
545 tamen proprie dicitur de Deo huiusmodi habitudo, quia dici secundum rationem non tollit proprietatem.

Et sic patet quid sit dicendum ad quaestionem propositam.

1. Ad primum ergo dicendum quod ei conveniunt differentiae quando
550 proprie et similiter ipsum quando, eo modo quo dictum est.

2. Ad secundum dicendum quod Deus movetur, accipiendo motum improprie pro operatione; quod patet per hoc quod movetur non per tempora nec per loca. Motus autem proprie sumptus necessario est in tempore. Unde auctoritas solvit se ipsam. Motus per loca convenit proprie corpori-
555 bus; motus per tempora solum est in operationibus angelicis, licet et in ipsis conveniat aliquo modo moveri secundum locum.

Quod autem dicitur quod agens physice movetur, dicendum quod Deus non est agens physice, nec probatio est bona. Non enim dicitur agens physice ex eo quod agit res ut natae sunt agi, sed ex eo quod sic agit;

531 (in eis) et *om.* BN tempora/corporalia BN 532 (eis quo) et/ad BN 533
autem/enim BN 533 mensura *add.* omnium BN aliorum *add.* alias BN 536
(videndum) est *om.* BN an/aut B 536 prout/ut R realiter dicit importare rem/im-
portat rem et dicit realiter BN 539 secundum/secundam BP 540 quando *ante* non
dicitur BN 541 (in) Deo/eo BN solum *post* termino BN 545 dici/dicit BN 547
propositam *add.* et cetera T 549 ergo *om.* B 550 similiter *om.* BN 551 eo *om.*
BN 552 improprie/proprie T (hoc) quod/quia BN 553 sumptus/suptus N 555
angelicis/adiectis BN et in/etiam BN 556 conveniat *post* modo BN 557 physice
ex/physicum in BN 559 (res) ut/secundum quod BN (sed) ex/in BN

560 quod etiam ipsum movetur physice est naturale. Natura autem est principium motus, et cetera. Unde illud dicitur physice agens quod agendo et movendo movetur.

Quod autem agit in motum est agens super physicum, nisi accipiatur natura communius pro omne quod est principium cuiuscumque actionis; 565 sic enim in Deo dicitur natura, et cetera.

3. Ad tertium dicendum quod Deo convenit proprie duratio intrinseca, tamen mensuratur aliqua duratione extrinseca. Et quia quando dicitur habitudinem ad mensuram extrinsecam, ideo non sequitur quod de ipso dicatur proprie quando, licet proprie de ipso dicatur duratio quae est mensura intrinseca, de qua procedit argumentum. Sed tamen potest proprie dici de 570 Deo quando prout dicitur habitudinem ad durationem extrinsecam, non sicut ad mensuram ipsius, sed secundum alios modos habitudinis, ut supra dictum est.

4. Ad quartum dicendum quod, licet usitatus modus dicitur quod quando dicat habitudinem ad mensuram successivam, quae est tempus, tamen, ut 575 supra dictum est, dicitur etiam proprie habitudinem ad mensuram non successivam, quae est aeternitas.

Unde, quia angeli mensurantur aeternitate sicut mensura extrinseca, ideo in eis est quando; in Deo autem non sic, quia non mensuratur aliqua 580 mensura extrinseca. Et quia hoc dicitur de quando in angelis, ideo videndum quomodo in eis invenitur quando.

Sciendum igitur quod angeli dupliciter mensurantur, quantum ad esse, et tempore quantum ad operationem.

Quantum ad esse dicunt quidam quod mensurantur aevo, tamquam 585 mensura extrinseca; et hoc est in primo aeviterno. Et tunc in aliis est quando per comparisonem ad illud aevum; et secundum eos est unum aevum.

Alii vero dicunt quod sunt plura aeva sicut et aeviterna, et quod

560 (movetur) physice/nam physicum BN natura/physicum BN 561 (Unde) illud om. T 562 Unde illud movendo movetur om. BN 563 (in) motum/motus T 564 omne/eo BN (quod) est add. physicum B 567 (tamen) non om. TPR 568 de add. se BN dicatur/dicant T 569 quando, licet est mensura/duratio BN 571 (habitudinem) ad/et N 572 (sed) secundum/sicut ad BN; etiam T 574 modus dicit quod om. BNT 576 successivam quae ad mensuram om. T (non) successivam/successionem T 577 quae/qua B 579 (in eis) est om. BN autem om. T 580 Et om. BN de/esse BN 586 comparisonem/operationem BN eos/illos T 587 (dicunt) quod om. TP (aeviterna) et/sed T quod/quia TR

573. l. 414 sqq.

576. l. 253 sqq.; l. 357 sqq.

omnia mensurantur aeviternitate divina sicut mensura extrinseca, et non aliquo primo aevo, et quod aevum in aeviternis est sicut quando in temporalibus, quia dicit habitudinem ad aeternitatem.

Sed videtur mihi dicendum esse aliter, quod plura sunt aeva sicut et tempora, et quod aevum non assimilatur quando sed tempori, et est mensura intrinseca aeviternorum. Sed inter haec non est primum unum quod sit mensura extrinseca aliorum, sicut in temporibus est unum primum tempus, quia mensura durationis extrinseca debet excedere secundum durationem, ut alibi dictum fuit; tamen quantum ad aliquas condiciones potest salvari, ut ibi patet.

Sic ergo quando in angelis non est aevum, sed est habitudo aevi ad aeternitatem. Et dicit illud quando habitudinem secundum rationem mensurae et non solum coexistentiae.

De tempore autem angelorum quod mensurat operationes, dicendum est ut supra in solutione, et cetera.

5. Ad quintum dicendum quod non dicit habitudinem ad nunc, quod est extrinseca mensura. Ratio autem arguit de nunc quod est mensura intrinseca.

Item, in Deo bene est habitudo ad nunc temporis, modo supra dicto.

6. Ad sextum dicendum quod illa habitudo dicitur quando proprie, non

588 aeviternitate/aeternitate BN 589 primo/proprie BN; alio T 589 (sicut) quando/in quod T temporalibus/aeviternis BN 591 mihi/nobis BN 593 (mensura) intrinseca/extrinseca BN unum/aevum BN 594 (temporibus) est *om.* BN tempus *add.* quod est mensura omnium aliorum BN 596 ut/unde B; in T alibi *lect. inc.* T 598 Sic/si BNT 602 et cetera *add.* Nota in isto quarto argumento implicatur difficultas duplex. Prima est, an in aevo sit successio. Et de hoc sunt opiniones contrariae, sed (=et B) potest dici in tantum, ut dicatur quod in aevo secundum se non est successio, sumendo proprie successionem. Et tamen aliquo modo in aevo est successio.

Prima ratione adiuncti, quia operationes aeviternorum sunt successive, quia, cum sint in esse [?](=in omne [?] B) aeviterni, dicitur ipse esse secundum hoc successionem, sicut cum [?] illud quod est accidentia, attribuitur suieto.

Secundo, quia licet esse non (*om.* B) sit successivum, quia non facit Deus esse novum in aeviterno, ut quidam dixerunt, tamen sic potest in communi successio quaedam, quia creatura quantum est de se tendit ad non esse; ex Deo autem habet esse; ideo de se semper fluit quantum est de natura sua; et continue ex Deo conservatur quia dependit esse suum ab alio; tamen Damascenus Libro I. capitulo XI. [De Fide Orthodoxa PG 94,842,843; ed. Buytaert 52-54] processionem etiam attribuit divinae durationi. BN

603 (quod) non/quando BN quod/quae TR 604 arguit/arguebat N 606 bene *om.* B; dum N ad nunc *om.* B

596. Quodlibet I q. IX ed. Ypma 128-139; 133-136.

602. l. 184 sqq.

606. l. 471 sqq.

tamen principaliter sed secundario.

7. Ad septimum dicendum quod, si quando accipitur communiter, sic in
610 ratione eius non includitur successio.

Si autem accipitur usitatus, sic in eius ratione successio includitur,
non quia essentialiter sit ipsa, sed quia dicit habitudinem successivi ad
successivum. Et quod dicitur quod relinquitur ex adiacentia temporis, hoc
magis arguit propositum; eo enim quod relinquitur ex adiacentia temporis,
615 implicat successionem. Dicitur autem relinqui ex adiacentia temporis, quia
dicit ipsam adiacentiam temporalem ad tempus. Adiacentia enim est con-
iunctio vel praesentia temporis cum re temporali, ex qua provenit quaedam
habitus.

Sed melius est dicere quod quando dicat ipsam adiacentiam; nam
620 adiacentia haec est esse in tempore, et hoc importat ipsum quando.

8. Ad octavum dicendum quod operatio non fit in quando, sed in aliqua
duratione, propter quam illa operatio dicitur esse quando.

Operatio autem divina dicitur esse quando, quia est in tempore. Si
ergo loquamur de operatione intrinseca eius, sic dicitur esse quando, idest
625 in tempore, non sicut in mensura; et illud quando consignificat aeternita-
tem continentem, sed secundum alias habitudines.

Si loquamur de operatione extrinseca, tunc illa mensuratur propria
mensura intrinseca, vel aevo vel tempore, secundum differentiam producto-
rum; sicut autem mensura extrinseca ipsa aeternitate divina vel etiam alia
630 mensura creata.

9. Ad nonum dicendum quod semper dicitur de eo proprie; et dicit
coexistentiam ad omne tempus, quia est universale temporum, sicut ubique
locorum, sicut heri et cras ad aliquas partes temporis, et cum hoc dicit
aeternitatem per consignificationem. Et secundum hoc intelligitur illud
635 quod Boetius ait, quod semper dicitur de Deo, quia semper in eo semper

611 (in) eius *om.* BN ratione *add.* accipitur BN successio *add.* et BN 612 (non)
quia/quod BN ipsa *add.* successio BN 613 adiacentia/adicientia BP; adiacentiam T
614 propositum/oppositum BN 615 adiacentia temporis/tempore N; hoc magis
adiacentia temporis *om.* B 616 adiacentiam temporalem/habitudinem ad tempus BN
ad tempus *add.* ad BN enim *om.* TR 619 (quod) quando *om.* B 620 (importat)
ipsum *om.* BN 621 operatio/oppositio BN (quando) sed *om.* N 622 duratio-
ne/dictione BN (illa) operatio/oppositio BN dicitur *om.* T 623 divina *add.* quia
BN 624 ergo/enim BN idest *om.* B 625 (et) illud *add.* etiam BN 626 conti-
nentem/consequentem BN sed *add.* si B 628 (intrinseca) vel/nam BN producto-
rum/producti BN; productionum TPR 629 (vel) etiam *om.* BN 630 mensura/mensu-
ratur BN 631 eo/Deo BN; ipso T 632 ubique/ubi BN 633 (cras) ad/dicit BN
cum hoc/etiam BN; hoc *om.* T quod/quia N 634 consignificationem/significationem
T 635 (ait) quod/quia N semper *add.* communiter ita B1 dicitur *om.* B de *om.* T

est praesentis temporis. Nam alia de quibus dicitur semper, ut de coelo et aliis, quae secundum philosophos semper dicitur de eis, quia fuerunt omni praeterito et sunt omni praesenti et erunt omni futuro. Non autem sic de Deo, sed semper in eo est praesentis temporis, quia significat aeternitatem; 640 quae dicitur esse praesentis temporis, non quia ipsa sit praesens, sed quia semper manet, sicut de tempore non est nisi praesens.

Unde maxime proprie significatur per tempus praesens quia, cum tempora ad quae aeternitas habitudinem habeat, transeant, ipsa semper est praesens.

645 10. Ad decimum dicendum quod nunc aeternitatis et temporis non sunt eiusdem rationis, cum unum sit manens, aliud fluens. Unde, secundum illud quod ad durationem pertinet, non sunt eiusdem rationis. Unde, dato quod sit aliud et aliud secundum rationem et idem secundum rem, non propter hoc sequitur quod sint eiusdem rationis.

650 Item, alio modo nunc temporis est aliud secundum rationem quam nunc aeternitatis, quia nunc temporis est idem secundum absolutam rem, et aliud secundum habitudinem; et hoc per mutationem eius in quo est nunc. Non sic autem nunc aeternitatis, sed per mutationem quae est in alio.

Item, nunc temporis est diversum secundum habitudinem subiective, 655 nunc aeternitatis terminative.

11. Ad undecimum dicendum quod, licet Deus dicatur prior mundo duratione, hoc tamen prius et posterius non facit successionem, nec est successio inter durationem divinam et creaturae.

Primo, quia Dei ad creaturam non est realis habitudo. Illa autem 660 quae sibi succedunt secundum prius et posterius, oportet quod ad invicem realiter referantur.

635 (ait) quod/quia N semper *add.* communiter ita B1 dicitur *om.* B de *om.* T
 636 quod semper dicitur semper *om.* BN (semper) ut/et BN; non T 637
 dicitur de eis/dicuntur esse BN; *et add.* De talibus enim dicitur semper BN 639 (Deo)
 sed/quia BN; *om.* T in eo *om.* BN 640 (quia) ipsa/ipse T 641 (sicut) de *corr.*
 B1; *om.* B sed quia semper nisi praesens *om.* BN; sed quia sicut de tempore
 manens praesens *corr.* B1 642 significatur/significari BN; significat T (quia)
 cum/tamen BN 643 ad quae/atque BN habitudinem *om.* B habeat *lect. inc.* B;
add. autem B transeant *lect. inc.* B; *add.* autem B 645 (non) sunt/est TP 646
 (cum) unum *om.* BN manens *add.* et BN aliud *add.* sit BN 647 ad/aliud B
 649 (quod) sint/sit BN 653 eius in quo per mutationem *om.* T mutationem
add. eius B alio/aliquo BN 655 nunc *add.* autem BN 658 creaturae/creaturarum
 B 659 quia/enim B; *om.* N

635. De Trinitate cap. 4. PL 64,1253A; cfr. Gilbertus Porretanus In libro de Trinitate, PL 64,1287,1288.

Secundo, quia non est duratio eiusdem rationis. Successio autem est proprie in his quae sunt eiusdem rationis.

Tertio, quia aeternitas non transit, et ideo ei nihil succedit. Sed ei potest aliquid coexistere, non tamen secundum aequalitatem durationis. Unde, cum dicitur quod Deus est prior mundo tempore vel duratione, non est intelligendum quod aeternitati succedat alia duratio, sed quia alia duratio incipit coexistere aeternitati quae prius non coexistebat.

12. Ad duodecimum dicendum quod vera est, Deus fuit heri et est propria, modo superius declarato.

13. Ad decimum tertium dicendum quod Maior est distinguenda. Esse enim aliqua simul secundum locum est dupliciter: vel quia illa, quia unum alteri non cedit, occupant unum locum; et hoc modo quae sunt simul secundum locum, sunt in eodem loco numero. Vel quia non occupant unum locum, sed sunt coniuncta secundum locum, ut duo corpora se tangentia et existantia in loco, dicuntur esse simul secundum locum. Et quae sic sunt simul secundum locum, non sunt in eodem loco numero. Sic aliqua sunt simul secundum durationem dupliciter: vel quia simul incipiunt et simul desinunt, et haec mensurantur eadem duratione, vel quia coexistunt secundum durationem, licet non simul incipiant vel simul desinant, et haec non mensurantur eadem duratione.

Hoc autem modo Deus et creatura sunt simul secundum durationem, non autem primo modo.

14. Ad decimum quartum dicendum quod, cum dicitur Deus erat quando mundus non erat, vel Deus erat ante mundum, significatur habitudo aeternitatis ad creaturam temporalem, non actu existentem, sed potentialem per Dei potentiam, nam et respectus idearum ab aeterno sunt. Unde non potest proprie dici, Deus erat quando chimaera non erat, dato quod chimaera nullo modo sit possibilis.

665 coexistere/coexisse BN aequalitatem/aequalitates B; aequalitatis N 666 cum dicitur/causa Dei BN (Deus) est *om.* B mundo *om.* BNT (tempore) vel *om.* TP; tempore vel *om.* R 667 alia/aliqua BN (quia) alia/aliqua BN quae prius *om.* T 679 (dicendum quod) *add.* haec BN heri/eri N 671 vera est dicendum quod *om.* T distinguenda *lect. inc.* B 673 (modo) quae/quia T 677 aliqua sunt/esse absolute BN 678 durationem *add.* potest esse BN 680 et haec *add.* non R 681 vel quia coexistunt eadem duratione *coord.* P1; *om.* PT 682 secundum durationem/duratione secundo BN; duratione P 685 (erat) ante/quando BN 686 non *add.* autem BN potentialem/possibile BN 687 idearum *mss.* ydearum 689 chimaera *mss.* chymera; cimera 689 nullo/ullo T

690 15. Ad decimum quintum dicendum quod quando, quantum ad illud
quod principaliter importat, est in omni eo quod incipit esse. Omne enim
illud de quo dicitur principaliter quando, incepit esse, quia habet mensuram
ipsum excedentem secundum durationem vel actu et natura vel saltem
695 naturaliter. Quod autem dicitur: Deus incepit esse homo, hoc non est per in-
ceptionem suam sed alterius, sicut dicitur Deus factus est homo, non per
factionem Dei.

16. Ad decimum sextum dicendum quod hoc est verum de Christo se-
cundum humanam naturam, et cetera.

691 incipit/incepit BN 693 et natura *om.* BN 694 incipit/incepit BN quia habet
mensuram incipit esse *om.* P